Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

num suam aperuit inopi: et palmas suas extendit
ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribus
nivis. Omnes enim domestici eius vestiti sunt
duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus
et purpura indumentum eius. Nobilis in por-
tis vir eius: qui sedebit cum senatoribus terre. Sin-
donem fecit et vendidit: et cingulum tradidit cha-
naneo. Fortitudo et decor indumentum eius: et ri-
debit in die novissimo. Os suum aperuit sapie-
et lex clemencie in lingua eius. Considerauit se-
mitas domus sue: et panem otiosa non comedit.
Surrexerunt filii eius et beatissimam predi-
cauerunt: vir eius et laudauit eam. Multe
filie congregauerunt divicias: tu supergressa es vni-
versas. Fallax gracia et vana est pulchritudo: mu-
lier timens deum ipsa laudabit. Date ei de fruc-
tu manuum suarum: et laudent eam in portis
Illo t: Loquente ihu ad s. math. opa eius.
turbas: ecce mater eius et fres eius stabant foris
querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce
mater tua et fres tui foris stant: querentes te.
At ipse videns dicenti sibi ait. Que est mater
mea: et qui sunt fres mei. Et extendens manum
in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fres
mei. Quicuq; enim fecit voluntatem patris mei qui
celis est: ipse meus fr et soror et mater est. Clemtis pp.

110